

quomodo hoc quidem facit, hoc autem patitur secundum naturales operationes.

Assignat rationem suæ intentionis ex eo quod aliqui Philosophi de his insufficienter tractauerunt. Et dicit q̄ Plato inquisiuit de generatione & corruptione tantum quomodo sint in rebus, non tamen de omni generatione, sed solum de generatione elementorum: non autem quō generentur carnes & ossa, aut aliquid aliorū mistorum corporum, neq̄ etiam tractauit de alteratione & augmentatione quō sint in rebus. Et vniuersaliter nullus aliorū Philosophorum dixit determinate aliquid præter ea quæ superficiētus apparent, nisi solus Democritus: qui videt curam habuisse de omnibus diligenter inquirere: sed tam differt quō inquisiuerint, nullus enim nec ipse, nec alius determinauit de augmentatione, vt ita sit dicere: vt et non quicumq̄ idiota dicere posset, vt, si augmentatio fiat adueniente aliquo simili: sed quō per aduēum similis aliquid augetur hoc non dixerunt: neq̄ etiam aliquid dixerūt de mutatione, vel de aliquo alio cōsimili, vt ita dicam: puta de facere & pati, si quomodo hoc agat & hoc patiatur secundum operationes naturales. Deinde cūm dicit,

VAT AB.

Democritus autem & Leucippus figuras cōcinnant, ex quibus alterationem faciunt, atq̄ generationem, congregationem quidem & segregationem, generationem atq̄ corruptionem: ordine uero et positi, alterationem.

ANT.
Generatio & alteratio secundū Democritum,

Democritus autem & Leucippus facientes figuras, alterationem & generationem ex his faciunt. Segregatione quidem & congregatione in generationem & corruptionem, ordine autem & positione alterationem.

T. c. z. z.

Incipit prosequi suum propositum: & primo determinat de generatione & alteratione, eo q̄ eorum cōnexa est consideratio, secundo determinat de augmentatione, ibi {De augmentatione autem.} Circa primum duo facit. Primo ponit opinionēs aliorum de generatione & alteratione, secundo determinat de eis firmā propriā opinionem. ibi {Determinatis autem his.} Circa primum duo facit, primo recitat opinionem Democriti, qui de omnibus curam habuit, vt dictum est: secundo inquit de veritate ipsius, ibi {Quā autē videatur omnibus.} Circa primū duo facit. Primo ponit opinionem Democriti, secundo ponit rōnem ipsius, ibi {Quā autē existimabant.} Dicit ergo primo, q̄ Democritus & Leucippus, qui faciēbāt principia rerum corpora indiuisibilia infinitarū figurarum, ex his causabant generationē & corruptionem & alterationem. Dicebant enim q̄ p̄ congregationem & segregationem dictorū corporū figuratorū causabatur generatio & corruptio: ex p̄mutatione autē ordinis & positionis dictorum corporū causabatur alteratio. Deinde cūm dicit,

VAT AB.

Ceterum quoniam quæ apparent, ea uera esse putabant, contraria autem & infinita sunt quæ apparent, infinitas fecere figuras, ita ut per compositi transmutatiōnem idem cōtrarium uideat aliq̄ atq̄ aliq̄, transmuteturq̄ inserta re pusilla, & omnino permutato uno quopiam diuersum quid appareat, quandoquidem tragedia & cōmædia eiusdem sunt literis.

ANT.

Quā autē existimabant verum in apparedo: contraria autē sunt & infinita quæ in sensu apparent, figuras infinitas faciūt. Quapropter transmutatione cōpositi idem contrarium videt aliq̄ & aliq̄, & transmutatur paruo adueniente: & vniuersaliter aliud apparet vno trāsmutato. ex eiusdem enim Tragedia & Comædia fit literis.

T. c. 21, & finita.

Assignat rōnem dictæ positionis. Ad cuius euidentiā sciendum est q̄ sicut dicit Philosophus in Quarto Meta.

quidam Philosophi posuerunt verum esse in apparendo, ita scilicet, q̄ quicquid videtur aliquid est, verum: adeo q̄ etiam ponebant cōtradictoria simul esse vera, si diuersis ita videretur, hoc est ergo quod dicit, q̄, quia Democritus & Leucippus existimabant q̄ verum erat in apparendo, & diuersis hominibus contraria apparent & infinita, vt ostēdit multiplicitas opinionum quæ est inter homines: ideo induxerunt infinitas figuras in primis rerum principijs, vt ex his ratio accipi possit infinitarum opinionum. Et inde est q̄ per trāsmutationem aliquam eius, quod vnit in compositionem alicuius totius, contingit q̄ idem alio modo videtur aliq̄, & aliq̄ se habere, sicut propter diuersum sitū, collum columbæ videtur esse alterius & alterius coloris. Et huiusmodi transmutatio situm fit per aliquod modicū quod superuenit: & vt vniuersaliter sit dicere, transmutatio vno indiuisibilium corporum videtur aliud & aliud. Et ponit exemplum in feromonibus, quorum prima principia indiuisibilia sunt litere, ex eis autem literis transmutatis secundum ordinem aut positionem sunt diuersi sermones, puta comædia, quæ est sermo de rebz rusticanis: & tragedia, quæ est sermo de bellicis rebz. Igitur sic apparet ratio, quare per variationē ordinis & positionis dicebat Democritus alterationem causari. Deinde cūm dicit,

At cum generatio & corruptio diuersum quid esse omnibus fere videantur, & ea que sunt congregatione atq̄ segregatione oriari occidere, & de mutatione affectiua alterari, de his contemplantur qui hoc instituti habent oportet. Hæc autem, & multas & quæ rationis fines non egrediuntur, dubitationes habent. Nam si generatio congregatio sit, multa ex eorum numero quæ fieri nequeunt, euenire solent. Sunt autem rursus aliæ rationes quæ uidentur, quæq̄ haud facile solui possunt, q̄ fieri nō potest, ut quicquam aliter sese habeat, si generatio congregatio nō sit, aut q̄ omnino generatio non est, aut eadem alteratio est. Atq̄ id (quanquam difficile) nitendum est soluere.

VAT AB.

Quoniam autē videtur omnibus pene esse aliud generationem & alterationem. (Generari quidem enim & corrumpi congregata & disgregata: Alterari autem trāslatis passionibus.) de his scientibus considerandum. Quæstiones autem habet hæc & multas, & rationabiles. Si quidem igitur generatio est congregatio: multa impossibilia contingunt. Sunt autem rursus rationes aliæ cogentes, & non habiles solui, q̄ non contingit aliter se habere. Et, si non est generatio congregatio, aut vniuersaliter non est generatio: aut si est, alteratio est. Aut si hoc difficile, dissoluere tentandum est.

ANT.

Inquit veritatem huius opinionis, & primo ostendit difficultatem circa hæc existentem, secundo incipit inquire veritatem, ibi {Principium autē.} Dicit ergo primo, q̄, quia iam penē abolitis opinionibus Priorum Naturalium, qui ponebant idem esse generationem & corruptionem & alterationem, omnibus ferē videbatur tunc temporis quod aliud esset alteratio, & generatio: ita, scilicet q̄ generatio esset per hoc q̄ aliqua congregantur, & disgregantur: alteratio vero per hoc q̄ per aliquorū transmutationes diuersæ sunt passionēs: necesse est considerare, vt de his sciatur veritas. Habent enim hæc quæstiones multas, & rationabiles, quia, si generatio nihil est aliud q̄ congregatio, multa impossibilia contingunt, vt infra patebit. Ex opposito autē multæ inueniuntur rationes, quæ uident cogentes, & nō de facili solubiles: quibus conclusit q̄ non contingit aliter se habere, quàm q̄ congregatio sit generatio,

VAT AB.

T. c. 29.